





NOVENA DI NATALE GREGORIANA

DAL 16 AL 24 DICEMBRE

INNO

RORATE COELI DESUPER

**RORATE CŒLI DESÚPER,
ET NUBES PLÚANT JUSTUM. (x2)**

1. NE IRASCÁRIS DÓMINE, NE ULTRA MEMÍNERIS INIQUITÁTIS:
ECCE CÍVITAS SANCTI FACTA EST DESÉRTA: SION DESÉRTA
FACTA EST: JERÚSALEM DESOLÁTA EST: DOMUS
SANCTIFICATIÓNIS TUAE ET GLORIAE TUAE, UBI LAUDAVÉRUNT
TE PATRES NOSTRI.

**RORATE CŒLI DESÚPER,
ET NUBES PLÚANT JUSTUM.**

2. PECCÁVIMUS ET FACTI SUMUS TAMQUAM IMMÚNDUS NOS,
ET CECÍDIMUS QUASI FÓLIUM UNIVÉRSI:
ET INIQUITÁTES NOSTRAE QUASI VENTUS ABSTULÉRUNT NOS:
ABSCONDÍSTI FÁCIEM TUAM A NOBIS,
ET ALLISÍSTI NOS IN MÁNU INIQUITÁTIS NOSTRAE.

**RORATE CŒLI DESÚPER,
ET NUBES PLÚANT JUSTUM.**

3. VÍDE, DÓMINE, AFFLICTIÓNEM PÓPULI TUI, ET MITTE QUEM
MISSÚRUS ES: EMÍTTE AGNUM DOMINATÓREM TERRAE,

DE PÉTRA DESÉRTI AD MONTEM FÍLIAE SION:
UT ÁUFERAT IPSE JUGUM CAPTIVITÁTIS NOSTRAE.

**RORATE CŒLI DESÚPER,
ET NUBES PLÚANT JUSTUM.**

4. CONSOLÁMINI, CONSOLÁMINI, PÓPULE MEUS:
CITO VÉNIET SALUS TUA:
QUARE MOERÓRE CONSÚMERIS, QUIA INNOVÁVIT TE DOLOR?
SALVÁBO TE, NOLI TIMÉRE,
EGO ÉNIM SUM DÓMINUS DEUS TÚUS SÁNCTUS ISRAËL, REDÉMPTOR
TÚUS.

**RORATE CŒLI DESÚPER,
ET NUBES PLÚANT JUSTUM.**

INVITATORIO

REGEM VEN TURUM DOMINUM, VENITE ADOREMUS.

REGEM VENTURUM DOMINUM, VENITE ADOREMUS.

1. IUCUNDARE FILIA SION, ET EXULTA SATIS FILIA IERUSALEM,
ECCE DOMINUS VENIET, ET ERIT IN DIE ILLA LUX MAGNA
ET STILLABUNT MONTES DULCEDINEM

ET COLLES FLUENT LAC ET MEL,
QUIA VENIET PROPHETA MAGNUS
ET IPSE RENOVABIT IERUSALEM.

REGEM VENTURUM DOMINUM, VENITE ADOREMUS.

2. ECCE VENIET DEUS, ET HOMO DE DOMO DAVID SEDERE IN THRONO
ET VIDEBITIS ET GAUDEBIT COR VESTRUM.

REGEM VENTURUM DOMINUM, VENITE ADOREMUS.

3. ECCE VENIET DOMINUS PROTECTOR NOSTER, SANCTUS ISRAËL,
CORONAM REGNI HABENS IN CAPITE SUO

ET DOMINABITUR A MARI USQUE AD MARE

ET A FLUMINE USQUE AD TERMINOS ORBIS TERRARUM.

REGEM VENTURUM DOMINUM, VENITE ADOREMUS.

4. ECCE APPAREBIT DOMINUS, ET NON MENTIETUR:
SI MORAM FECERIT, EXPECTA EUM
QUIA VENIET ET NON TARDABIT.

REGEM VENTURUM DOMINUM, VENITE ADOREMUS.

5. DESCENDET DOMINUS SICUT PLUVIA IN VELLUS,
ORIETUR IN DIEBUS EIUS IUSTITIA ET ABUNDANTIA PACIS
ET ADORABUNT EUM OMNES REGES TERRAE,
OMNES GENTES SERVIENT EI.

REGEM VENTURUM DOMINUM, VENITE ADOREMUS.

6. NASCETUR NOBIS PARVULUS ET VOCABITUR DEUS FORTIS;
IPSE SEDEBIT SUPER THRONUM DAVID PATRIS SUI ET IMPERABIT;
CUIUS POTESTAS SUPER HUMERUM EIUS.

REGEM VENTURUM DOMINUM, VENITE ADOREMUS.

7. BETLEHEM CIVITAS DEI SUMMI, EX TE EXIET DOMINATOR ISRAEL,
ET EGRESSUS EIUS SICUT A PRINCIPIO DIERUM AETERNITATIS,
ET MAGNIFICABITUR IN MEDIO UNIVERSAE TERRAE,
ET PAX ERIT IN TERRA NOSTRA DUM VENERIT

REGEM VENTURUM DOMINUM, VENITE ADOREMUS.

Le profezie seguenti si recitano solo per la vigilia di Natale:

- 8.** CRASTINA DIE DELEBITUR INIQUITAS TERRAE,
ET REGNABIT SUPER NOS SALVATOR MUNDI

REGEM VENTURUM DOMINUM, VENITE ADOREMUS.

- 9.** PROPE EST IAM DOMINUS, VENITE ADOREMUS

REGEM VENTURUM DOMINUM, VENITE ADOREMUS. (x2)

POLISALMO

- 1.** LAETENTUR COELI ET EXULTET TERRA,
JUBILATE MONTES LAUDEM

- 2.** ERUMPANT MONTES JUCUNDITATEM,
ET COLLES JUSTITIAM

- 3.** QUIA DOMINUS NOSTER VENIET,
ET PAUPERUM SUORUM MISEREBITUR

- 4.** RORATE COELI DESUPER ET NUBES PLUANT JUSTUM,
APERIATUR TERRA ET GERMINET SALVATOREM,

- 5.** MEMENTO NOSTRI DOMINE,

ET VISITA NOS IN SALUTARI TUO

6. OSTENDE NOBIS DOMINE MISERICORDIAM TUAM,
ET SALUTARE TUUM DA NOBIS
7. EMITTE AGNUM DOMINE DOMINATOREM TERRAE,
DE PETRA DESERTI AD MONTEM FILIAE SION
8. VENI AD LIBERANDUM NOS DOMINE DEUS VIRTUTUM,
OSTENDE FACIEM TUAM ET SALVI ERIMUS
9. VENI DOMINE VISITARE NOS IN PACE,
UT LAETEMUR CORAM TE CORDE PERFECTO
10. UT COGNOSCAMUS DOMINE IN TERRA VIAM TUAM,
IN OMNIBUS GENTIBUS SALUTARE TUUM
11. EXCITA DOMINE POTENTIAM TUAM ET VENI,
UT SALVOS FACIAS NOS
12. VENI DOMINE ET NOLI TARDARE,
RELAXA FACINORA PLEBI TUAE
13. UTINAM DIRUMPERES COELOS ET DESCENDERES,
A FACIE TUA MONTES DEFLUERENT
14. VENI ET OSTENDE NOBIS FACIEM TUAM DOMINE,
QUI SEDES SUPER CHERUBIM

GLORIA PATRI ET FILIO,
ET SPIRITUI SANCTO
SICUT ERAT IN PRINCIPIO ET NUNC ET SEMPER,
ET IN SAECULA SAECULORUM. AMEN

LETTURA BREVE

PRÆCÚRSOR PRO NOBIS INGRÉDITUR AGNUS SINE
MÁCULA, SECÚNDUM ÓRDINEM MELCHÍSEDECH,
PÓNTIFEX FACTUS IN ÆTÉRNUM, ET IN SECULUM
SECULI. IPSE EST REX JUSTÍTIÆ CUJUS GENERÁTIO
NON HABET FINEM. **R. DEO GRATIAS.**

INNO

EN CLARA VOX REDARGUIT

1. EN CLARA VOX REDARGUIT,
OBSCURA QUAEQUE PERSONANS:
PROCUL FUGENTUR SOMNIA,
AB ALTO JESUS PROMICAT.

2. ECCE AGNUS AD NOS MITTITUR
LAXARE GRATIS DEBITUM:
OMNES SIMUL CUM LACRIMIS
PRECÈMUR INDULGENTIAM.

3. BEATUS AUCTOR SAECULI
SERVILE CORPUS INDUIT:
UT CARNE CARNEM LIBERANS
NE PERDERET QUOS CONDIDIT.

4. CASTAE PARENTIS VISCERA
COELESTIS INTRAT GRATIA:
VENTER PUELLAE BAJULAT
SECRETA, QUAE NON NOVERAT.

5. DOMUS PUDICI PECTORIS
TEMPLUM REPENTE FIT DEI,
INTACTA NESCIENS VIRUM,
CONCEPIT ALVO FILIUM.

6. DEO PATRI SIT GLORIA
EIUSQUE SOLI FILIO, CUM
SPIRITU PARACLITO, IN
SAECULORUM SAECULA.

AMEN

ANTIPHONÆ AD MAGNIFICAT

16 DEC. ECCE REX VÉNIET DÓMINUS TERRAE, ET IPSE AUFERET IUGUM CAPTIVITATIS NOSTRÆ.

17 DEC. O SAPIÉNTIA, QUÆ EX ORE ALTISSIMI PRODISTI, ATTÍNGENS A FINE USQUE AD FINEM, FÓRTITER SUAVITÉR DISPÓNENSQUE ÓMNIA: VENI AD DOCÉNDUM NOS VIAM PRUDÉNTIÆ.

18 DEC. O ADONAI, ET DUX DOMUS ISRAÉL, QUI MÓYSI IN IGNE FLAMMÆ RUBI APPARUÍSTI, ET EI IN SINAI LEGEM DEDÍSTI: VENI AD REDIMÉNDUM NOS IN BRÀCHIO EXTÉNTO.

19 DEC. O RADIX JESSE, QUI STAS IN SIGNUM POPULÓRUM, SUPER QUEM CONTINÉBUNT REGES OS SUUM, QUEM GENTES DEPRECABÚNTUR: VENI AD LIBERANDUM NOS, IAM NOLI TARDARE.

20 DEC. O CLAVIS DAVID, ET SCEPTRUM DOMUS ISRAÉL; QUI ÀPERIS, ET NEMO CLAUDIT; CLAUDIS, ET NEMO ÀPERIT: VENI, ET EDUC VINCTUM DE DOMO CÀRCERIS, SEDÉNTEM IN TÉNEBRIS, ET UMBRA MORTIS.

21 DEC. O ORIENS, SPLENDOR LUCIS ÆTÉRNÆ, ET SOL IUSTÍTIÆ: VENI, ET ILLÚMINA SEDÉNTES IN TÉNEBRIS, ET UMBRA MORTIS.

22 DEC. O REX GÉNTIUM, ET DESIDERÀTUS EÀRUM,
LAPÍSQUE ANGULÀRIS, QUI FACIS ÚTRAQUE UNUM:
VENI, ET SALVA HÓMINEM, QUEM DE LIMO FORMÀSTI.

23 DEC. O EMMÀNUEL, REX ET LÉGIFER NOSTER,
EXSPECTÀTIO GÉNTIUM, ET SALVATOR EÀRUM: VENI
AD SALVÀNDUM NOS, DÓMINE DEUS NOSTER.

24 DEC. CUM ORTUS FÚERIT SOL DE CÆLO, VIDÉBITIS
REGEM REGUM PROCEDÉNTEM A PATRE, TAMQUAM
SPONSUM DE THÀLAMO SUO.

MAGNIFICAT

1. MAGNÍFICAT *

ÁNIMA MEA DÓMINUM,

2. ET EXSULTÁVIT SPÍRITUS MEUS *

IN DEO SALUTARI MEO,

3. QUIA RESPÉXIT HUMILITÁTEM ANCÍLLÆ SUÆ *

ECCE ENIM EX HOC BEÁTAM ME DICENT

OMNES GENERATIÓNES,

4. QUIA FECIT MIHI MAGNA, QUI POTENS EST, *
ET SANCTUM NOMEN EIUS,
5. ET MISERICORDIA EIUS A PROGÉNIE IN PROGÉNIES *
TIMÉNTIBUS EUM,
6. FECIT POTÉNTIAM IN BRÁCHIO SUO, *
DISPÉRSIT SUPÉRBOS MENTE CORDIS SUI,
7. DEPÓSUIT POTÉNTES DE SEDE *
ET EXALTÁVIT HÚMILES,
8. ESURIÉNTES IMPLÉVIT BONIS *
ET DÍVITES DIMÍSIT INÁNES,
9. SUSCÉPIT ISRAEL PÚERUM SUUM, *
RECORDÁTUS MISERICORDIÆ SUAE,
10. SICUT LOCÚTUS EST AD PATRES NOSTROS, *
ABRAHAM ET SÉMINI EIUS IN SÆCULA.

GLÓRIA PATRI, ET FÍLIO *

ET SPIRÍTUI SANCTO.

SICUT ERAT IN PRINCÍPIO, ET NUNC ET SEMPER, *

ET IN SÆCULA SÆCULÓRUM. AMEN

- DOMINUS VOBISCUM

- ET CUM SPIRITU TUO

OREMUS.

FESTÌNA, QUÆSUMUS, DÒMINE, NE TARDÀVERIS, † ET
AUXILIUM NOBIS SUPERNÆ VIRTUTIS IMPENDE; * UT
ADVENTUS TUI CONSOLATIÒNIBUS SUBLEVÈNTUR, QUI
IN TUA PIETATE CONFÌDUNT. QUI VIVIS ET REGNAS CUM
DEO PATRE IN UNITATE SPIRITUS SANCTI, DEUS, PER
OMNIA SÆCULA SÆCULORUM. **AMEN**

BENEDIZIONE



Tu scendi dalle stelle

Tu scendi dalle stelle, o Re del cielo,
e vieni in una grotta al freddo e al gelo,
e vieni in una grotta al freddo e al gelo.

*O Bambino mio divino,
io ti vedo qui tremar;
o Dio beato!
Ahi quanto ti costò l'avermi amato!
Ahi quanto ti costò l'avermi amato!*

A te, che sei del mondo il Creatore,
mancano panni e foco, o mio Signore,
mancano panni e foco, o mio Signore.

*Caro eletto pargoletto,
quanto questa povertà
più m'innamora,
giacché ti fece amor povero ancora,
giacché ti fece amor povero ancora.*

Tu lasci il bel gioir del divin seno,
per venire a penar su questo fieno,
per venire a penar su questo fieno.

*Dolce amore del mio core,
dove amor ti trasportò?
O Gesù mio,
perché tanto patir? Per amor mio!
perché tanto patir? Per amor mio!*

Ma se fu tuo voler il tuo patire,
perché vuoi pianger poi, perché vagire?
perché vuoi pianger poi, perché vagire?

*Sposo mio, amato Dio,
mio Gesù, t'intendo sì!
Ah, mio Signore,
tu piangi non per duol, ma per amore,
tu piangi non per duol, ma per amore.*